IN EVANGELIVM IOANNIS
PROLOGVS.

AVdite me, quoniam de rebus magnis locuturus ſum. Aperientur labia mea, ut recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium. Iuſti ſunt omnes ſermones mei, non eſt in eis prauum quid, neque peruerſum. Recti ſunt intelligentibus, et æqui inuenientibus ſcientiam. Accipite diſciplinā meam, et non pecuniā: doctrinam magis, quam aurū eligite. Melior eſt. n. ſapiētia cūctis opibus, & omne delectabile ei non poteſt cōparari. Prou. 8.

Experientia ipſa fateri nos cogit, non ſatis eſſe ad cōſeruatione uitæ naturalis, ſemel tātum cibū ſumere. Imo niſi ſubinde ſumatur cibus, uita ipſa conſiſtere nequit: quia humidū radicale cito a calore natura-